


A  
8




-  
b=2 d=5 w=5


Caja  
Caja 5




220

345









Pro libro tertio obuidarij sua conclusiones triduum philosophica 41  
et media suscipiuntur defendendo a Doctor Maltaco Ruella.

# ASSERTIONES

## PHILOSOPHICAE, ET

Medicæ de corpore humano in statu  
naturæ lapsæ, & integræ.

### CONCLVSION PRIMA.

*De primo componente sensibili viuentis.*



**O**R PVS Humanum in originariæ iustitiæ, aut naturæ integræ statu consideratum rerum admirabilium est nexus, & epitome. At postquam hæreditariæ, seu originariæ culpæ funesta fax à nostri generis Parætibus primum accensa in eorum penetralia deflagravit, plurim malorum stragem inuexit, ex qua humani corporis natura in æterni squalloris fôrdibus iaceret. Medicæ, & Philosophæ cè tuemur, quod plures Patres, & Doctores Theologicè scripserunt cum Basilio, Chrysostomo, & Haymone, apud Vincentium Burgundum, ex illustrissima familia Prædicatorum, lib. vigesimo octavo, speculi naturalis, c. 80. & 85. ex primo delicto originario, nō vnum dumtaxat corpus humanum, verum, & mixta reliqua multiplicem læsionem, & corruptionem sustinuisse. Simul cum hominis lapsu ipsa etiam in deteriorem statum deciderunt. Christi corpus excipitur quod in sua constitutione intrinseca, nihil poenale contraxit, sed ea solum pertulit quæ sunt de necessitate naturæ præstantissimæ conditæ in originali iustitia; at sine duobus extrinsecis adhærentibus de alimento arboris vitæ, & consequentibus ipsum alimentum, & de gubernatione Angelorum remouentium omnes causas inuehentes dolorem, & molestiam. Ex reliquis effectibus radicalibus, & intrinsecis iustitiæ originariæ nullus defuit mortali corpori lesu. Quod si transferretur in Paradysum, verè sine vlla additione intrinseca plenissimè sortiretur corporea Christi natura omnes, & singulos effectus eiusdem iustitiæ originariæ nullo dempto. Quam mentem apud Ecclesiæ Patres peruagatam, & in Concilijs expressam, medicæ etiam sustinemus iuxta illa verba sextæ synodi, a.c.t. 17. *A diuinitate assumpta est nostra natura, illa quæ ante peccatum creata est, non quæ post prævaricationem vitiata:* & alia Ambrosij in cap. 8. epistolæ ad Rom. *Expiata est ab Spiritu sancto caro Domini, ut in tali corpore nasceretur quale fuit Adæ ante peccatum.* Et alia in numera Conciliorum, & Patrum similia decreta, quæ interrogancibus exponentur: & simul defendetur assertio Magni Alberti in parua physica aientis corpus Christi fuisse quintæ auktionis, in eo sensu quem Abulensis in paradoxis se etatus est, dicens nulli alijs homini conuenisse. Hanc communem Scholasticorum, & Patrum vocem, quam ijs verbis scripsit Gerson, sermone de Annuntiatione, *Corpus Christi conditum fuit cum perfectione status innocentia, nostram conclusionem esse volumus, sicut & illud Alberti Magni, in 3. dist. 16. Complexio Christi nobilior quam Adæ ante peccatum,* & ibidem, *Adami viuacior sensus fuit ante peccatum, quam post, quam vel nos habeamus, sed non quam Christus.* Eadem doctrinam pro corpore Mariaæ tuemur dicentes illud in iustitia originaria fuisse conditum cum omnibus, & singulis dotibus, & effectibus radicalibus intrinsecis, illis dumtaxat exceptis duobus extrinsecis de alimento arboris vitæ, & protectione speciali Angelorum auertente omnia obiecta extrinseca molesta, & dolorifera; quam veritatem pro Maria ex grauiissimis scriptoribus illustrissimæ familie Dominicanae, Franciscanae, Carthusiensis, & Iesuiticæ relatis, & laudatis à Suario, tom. 2. 3. par. disp. 4. sect. 9. Canisio, lib. 1. de Deipara, cap. 9. Corduba, lib. 1. q. 46. & alijs, supponentes defendimus Medicæ pro eius Virgineo corpore, quæcumque meliores Scholastici statuant de omnibus, & singulis priuilegijs corporeis futuris in statu innocentia, exceptis duobus illis extrinsecis nuper memoratis, & ijs quæ ad illa consequuntur. Quæ ad hanc rem scribit Petrus Hispanus, Dominicanus, tractatu de Conceptione pro Maria, nostra esse volumus. *Honestior disputatio est excellens tiam aliquam sacratæ Virginis conceptioni supra primorum Parentum creationem concedere, quam ipsam illis inferiorem appellare præsumere.* Nostram esse volumus illud Damasceni, orat. 1. de Natiuitate, ita fuisse Mariam Euæ superiorē etiam in corporalibus, ut quodammodo per excellētiā hyperboles dicatur, *Primigenia Euæ correctio,* & pro ijs quæ ad eius dignitatem necessaria fuerint sumimus illud Alberti, in summa, q. 82. *Corpus mulieris esse potest eiusdem; vel equalis dignitatis*

A

*nitatis cum corpore viri*, quod iam olim Magnus Basilius, pro statu innocentiae decreuerat. In triuque naturę statu primum componens sensibile hominis est elementum, quod virtualiter tantum in mixtis permanet. Binis constat qualitatibus, & in ea intensio paritate, quam Aristotelica doctrina prescripsit. Constituitur elementum uniuersi pars per qualitates motius ad quaternarium numerum redactas: levitas ignis ab aeris leuitate, & grauitas terrae à grauitate aquae specie differunt: ut elementum estens naturale, ex materia, & forma substantiali confatur: ut elementum, à primis qualitatibus accipitur: vocatur autem simplex quatenus contrariarum qualitatum particeps non est.

## CONCLV S I O S E C V N D A.

### De Vitalitate.

**R**ÆTER quatuor qualitates in mixto ex elementis solum remanentes, si mixtum vivat eminentem vitæ gradum includit, qui viuentis substantiale prædicatum est, ita ut viuere viuentibus sit esse, & vita sit per quam in esse, id est in tali natura viuentia consti-tuantur. Duplex est vita; in actu primo altera, alia vero in actu secundo: priori modo vita pendet ab essentia animæ velut ab intrinseco principio viuendi; posteriori modo ab operatio-nibus desumitur ad quasefficienter anima concurrit. Viuens essentialiter tale in actu secundo con-stituitur solum per terminos cognitionis, & appetitus qui in viuente manent, & ab externo agente produci nequeunt. Vitales actiones qua vitales immanentes sunt. Quibus vitalitatis ratio specifi-cè, & essentialiter conuenit immanentiam essentialiter habere debent; sic ut per absolutam Creato-ris potentiam actiones illæ transcendent esse nequeant. Quibus vitalitatis ratio accidentaliter com-petit, ijs etiam immanentia ratio similiter conueniet.

## CONCLV S I O T E R T I A.

### De Subiecto Morbi.

**V**IENS absolute subiectum est ægritudinis, immo' quo perfectius ampliori morbo-rum colluui irretitur. Christus Deus nunquam morbo, aut morbido languore labo-ravit; verissime Chrysostomus à Caietano allegatus, & laudatus, opusculo de Spasmo Virginis: *Indignissimum est asserere, quod Christus aliquando languesceret.* Neque tuis-sis, neque catarrus, neque vila reumata, neque saliuia pituitosa in Christi corpore fuerunt, quod cum communi Thomistarum, apud Bartholomeum Medinam, q. 14. in 3. par. phras, & ritu Medico tue-mur. Non solum in Theologia, verum etiam in medicina, *temerarium est, vel morbos leuissimos Christo concedere, quæ sunt verba Medinæ.* Sumimus pro nostris illud laepius à Francisco Suario re-petitum, præcipue libro tertio de opere sex dierum, cap. 3. & tom. 1. in 3. partem, disp. 32. se. 2. *In perfectionibus omnibus materialibus, & sensibilibus, & præsertim temperamentorum corpus Christi, Adamic corpus etiam pro statu innocentiae longe excelluit, quam doctrinam ab omnibus Thomistis extra etiam Medicæ, & philosophicè defendimus etiam pro Mariæ corpore, ut in illis verbis con-tinetur apud sanctum Antoninum. 4. par. summa, titulo 14. cap. 10. Beata Virgo optima natura-ria habuit: sicut corpus Christi, quod Deus per se ipsum formauit, est perfectissimum, & pulcherrimum in natura, quod Deus potuit facere secundum statum viae; ita corpus Beatae Virginis ad hoc immedia-te ordinatum erit pulcherrimum secundum statum viae, quod natura potuit facere si operante, & cap. decimo quarto. Quod est primum in uno quoque genere est causa aliorum, non solum spiritualium, sed & rerum corporalium, mater dici potest Maria. Verè etiam Gerson, sermone de Conceptione. Nunquam in carne Marie fuit languor nature.*

## CONCLV S I O Q V A R T A.

### De Anomalis viuentibus extra leges medicinæ.

**V**BILICIMVS in obsequium Theologie Medicum iudicium, & credimus, quod plu-res Thomistæ asserunt, & ex Angelici Doctoris sensu extrahunt dicentes in parte ma-teriali, & corporali Iesu olim nobiscum viuentis sub mortis vexillo plures fuisse qual-i-tates corporeas supernaturales, ad mirandos esse & destinatas: clausulas Vincentij, relectione de Christi gratia, cap. 6. Capreoli, in 1. dist. 1. q. 1. Paludani ibidem dist. 36. & 50. Ferrariensis.

riensis, 4. contra gentes, c. 56. circa hanc thesim pro nostris numeramus, & quod tam ij, quam alij, ex illustrissima familia Prædicatorum, cum Alberto Magno, in parua physica, & super Missus est in cap. 148. plura philosophentur de corpore Iesu, quæ philosophiam, & medicinam excedant, bene est: idem pro Mariæ corpore dictum, volumus cum ipso Alberto, sæpius hanc doctrinam ingeminante. Vera, pia, & probabilis est doctrina A Egidij, à Præsentatione Augustiniani, lib. 3. de perfectione accidental corporis gloriose, q. 6. art. 1. §. 4. & aliorum Theologorum afferentium sanitatem corporis Iesu in vita mortali, saltem pro aliqua parte temporis in ordine ad aliquam operationem exteriorem, aut æquè perfectam, aut perfectiore in fuisse ea, quam habitura sunt corpora beatorū in patria, quod idem de Mariæ corpore iudicare licet. Sunt præterea supra captum Philosophorū, & Medicorum, plures naturales virtutes inanimatorum, vegetabilium, & sensibilium, quæ omnem mentem superant: sic lignum illud, quod Exodi 15. missum in aquas dulcedinem illis attulit, id fecit ex vi naturali, quod cum Lyrano defendimus, Exodi 15. & Caietano ibidem. Neque aliter com modè argumentaretur Ecclesi. cap. 38. in illis verbis, *Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens nō abborrebit illa. Non ne à ligno indulcata est aqua amara? Similiter plures qualitates occultæ, quas latè enumerat S. Augustinus, lib. 21. de ciuitate Dei, supra omnes leges Medicorum, & Philosophorum versantur; cui similia sunt alia in Basilio, epist. 168. & Nazianzen. orat. 34. Quæ omnia singulariter habent vim in aliquibus corporibus humanis, quibus ex singulati beneficio, aut cœlorum influxu, aut peculiari qualitatum commixtione, ex individuali proprietate specialissimæ qualitates occultæ, cum potentissima efficacia attributæ sunt.* Admittimus pro hac conclusione illud Gersonis, sermone de Nativitate Virginis: *Mariæ corpus miraculose conceptum: buiusmodi formatio non subiicitur cœlorum influxibus, quia quidquid agebatur hoc totum gratia magis erat quam naturæ.* Quod dixere nonnulli cum Dionysio, lib. 1. de laudibus Virginis, & Carthagena, lib. 2. homil. 5. odorifero corpore præditam fuisse Mariam præ excellentia cōplexionis, quibus subscrībunt Barradas, & alij Iesuitæ, possibile fuisse ex complexione extraordinaria qualitatum fateor; id tamen an de facto acciderit non assero, neque repello. Quod idem Carthagena, lib. 15. homil. 12. ex quorundam Medicorum sententia, ita benè complexionata fuisse, quædam corpora humana defendat, ut etiam humata longo tempore incorrupta seruarentur, atque id pro Mariæ cadavere defendat, in arcanae qualitates naturalis ordinis conferendum est, non in id quod scripsit Henricus Gandensis, apud Gersonem, sermone in die Paschæ, loquens de cadavere Christi, quod non esset iam miseriæ, vel pœnalitati subiectum; omnibus enim violentijs erat obnoxius ex anime ipsius corpus. Extra leges Medicorum est quod nonnulli cum Gersonem, tractatu quarto in Magnificat, & cum Alberto Magno, super Missus est, cap. 148. opinantur: illius verba sunt Maria viatrix *Iam dotes corporis gloriose inchoabat, necnon donum spiritus super corpus, & animam, ut esset inde corpus agile, & secundum omnes vires motuas subtile, præterea neque ita passibile ut nostrum.* Hæc si ita sunt (quod non iudico, neque in alterutram partem decerno) plura tribuenda sunt sacro illius corpori, quæ communis Philosophia, & Medicina comprehendere nequeat. Claritas illa quam Maria in facie habebat, ex D. Thom. 3. par. q. 28. art. 3. in aliquid extra communem ordinem conferenda est.

## CONCLVSION QVINTA.

### De Principio efficiente viuentis.

**A**BET viuens esse ab alio viueti in similitudinem naturæ, atque id est generari; quod sanè vtriusque parentis actiuo concursu perficitur. Semen fœmineum eandem habet in specie formam substantiam cum semine viri, & similem facultatem quæ instrumenta liter concurrit ad producendum substantiam formam. Operatur vero, ut causa a qua uocata usque ad ultimam dispositionem qualitatiam pro viuenti alterius multo rationis quam resedit formaliter in semine. Sanguis menstruus non ita magnam adeptus est a ciuitatem, quamquam in absolute sit effectivus, & pro generatione fetus est sufficiens materia; nō ita ut requiratur præcisè, quod sit menstruus cum sufficiat talis elaboratus. Defendimus Medice, quod Theologice, ex Diuino Damasco, scripsit S. Thomas, materiam generationis corporæ Iesu Christi, fuisse purissimum sanguinem prout excludit impuritatem libidinis, & viciōsum, & corruptum humorem, qui singulis mensibus excernitur. Præbuit sanctissima Virgo id omne, quod requiritur ad veram rationem matris. In eius purissimo sanguine subiectu recepta est facultas generativa ordinis naturalis secundum substantiam, quam ibi Spiritus sanctus collocauit. Quoadmodum miraculose, & supernaturaliter tributa fuit, ut viri opus eiusdem Spiritus sancti nomine suppleret. Ipsa tamen virtus agens vices viri naturaliter operata est, & generauit unionem corporis, & anime Iesu, tā quam ab Spiritu sancto, qui in radice illam miraculose subministraverat. Maria cooperata est, ut vera mater propriæ generandi normam per virtutem à se, ut vera mater, & per virtutem in se inhæsiæ ab Spi-

ritu sancto creatam; pia illa nomenclatura Matripatris, aut Patrmatris tribuitur sanctissimæ Virginis à Doctoribus antiquæ ætatis. Quod si Spiritus sanctus præter illam virtutem inhæsiue receperat in purissimo sanguine Virginis, aliam dedit facultatem generatiuum producendi sanguinem prolificum naturalem quoad substantiam, & miraculosam quoad modum, plenius adhuc Matripatris nomen consentit. Non credimus Galeno docenti in lib. 2. de semine (apud Peramatum, in appendice de eo quod naturale, aut miraculosum fuit in conceptu, & ortu Christi) fieri posse, ut humana fœmina ex se nullo externo auxilio accedente generet sine viro naturaliter, & si ea humana, & rationalem prolem in finem usque gestationis vteri alere nequeat. Id certè credere non licet: opinamur tamen potuisse Deum ab initio sic formare fœminas, & eius qualitates disponere, ut naturaliter veluti apes, & pisces sine alterius coitu generarent, & factum in finem usque perducent: & tunc naturaliter essent Matripatres non secus atque apes. Verum nunc supposita hac serie creationis, & hac lege Dei libera circa constitutionem temperamentorum, nulla fœmina concepire naturaliter potest humanam prolem sine auxilio viri. Quemadmodum homini potuit ab initio esse naturale, ut singulæ manus quinque, aut senis, aut pluribus digitis instruerentur: verum nunc siquinarum numerum excedant præternaturale, aut violentum, aut monstruosum est iuxta præsentem seriem; sic quamquam fœminæ humanæ ab initio potuerit esse naturale cum viro, aut sine illo concipere, verum supposita hac serie, & contextu creationis sine viro absque miraculo concipere non valet. Nullum ex animalibus, quæ Matripatria ab Aristotele nominantur, vel ex illis quæ diuinatus Matripatria esse possunt in præscripto sensu, nomem Hermaphroditi fortiri valet, nisi per crassum errorem tum philosophia, tum Græca, & Latinæ linguae, nam pro Matripatrio unus dumtaxat debet esse sexus; pro Hermaphrodito duplex. Probamus, & pro cōclusione nostra ponimus verba illa Vincentij Burgundi, lib. sexto Speculi historialis. *Miraculose fuit excitata virtus generatiua in Virgine, scilicet Spiritu sancto operante, qui superueniens in eam dedit ei virtutem, scilicet creatam, qua immediate faceret decisionem, consolidationem, conuersionem, conformatiōnem corporis Christi, sic plenius seruatur ratio matris in Virgine.* Iterum ibidem. *Plenus fuit mater Christi Maria, quæ, quævis alia mater.* Eo sensu quo à Diuo Antonino, 4. par. summa, titulo 15. cap. 41. dicta sunt illa verba nomine sanctissimæ Virginis, *ego sum mater, & pater eius, quia non aliud patrem habet in terris,* in eodem à nobis dicuntur. Ex familia Seraphica sumimus etiam Medice defendenda verba illa sancti Bonaventuræ, in 3. dist. 4. q. 1. *Non minor fuit potentia in Virgine, quam in alia muliere, immo multo maior, quia potentiam naturalem, & supernaturalem habuit;* scilicet quo admodum, & ibidem q. 2. *Generatiua potentia in Virgine fuit excitata ab Spiritu sancto, & fuit supra posse suum elevata, & ideo Virgo Maria potentiam habuit supra naturam, & potentiam secundum naturam.* *Spiritus sanctus non abstulit operationem naturalem à Virgine: ipsi collata fuit virtus supra naturam.* Quæ verba, & alia eiusdem coloris in scriptoribus innumeris familiæ Prædicatorum, & Minorum, sive intelligantur de potentia creata indita Virgini ad producendum sanguinem prolificum, sive de potentia inhæsiue existente in purissimo eius sanguine, sive de utraque simul, quæ tria valde sunt vero similia, eminentiam illam Matripatris sanctissimæ Virginis deferunt, quam Patres, & Scholastici declarant, Mariam in conceptione filij apibus, & alijs Matripatribus viuentibus conferentes, ut ijs verbis, sermone 2. de Annuntiatione, locutus est Iacobus de Voragine Dominicanus, *Spiritus sanctus Virgini dedit virtutem generatiuam, Virgo concepit ideo assimilatur api.* Quoniam libri contra gentes post summam Theologicam à Diuo Thoma sunt editi, ut graues Doctores opinantur, & ipse in libro quarto cap. 45. explanat sacrum Incarnationis mysterium, iuxta sententiam Medicorum asserentium matrem actiue concurrere ad generationem filij, & eundem concursum actiuum tribuit sanctissimæ Virginis ad conceptionem Iesu, ut ibidem Ferrara declarauit, hanc sectamur opinionem, ut Medicina, Theologia, & Mariæ dignitati magis conformem, & ut postremam Doctoris Angelici mentem supremo testamento firmatam. In natura est series animalium, quæ solum habent virilem sexum, & propterea sine fœmina necessatio generent, ut Scarabæus, apud Plinius, lib. 30. cap. 11. Plutarchum, & Cœlium Calcagninum, lib. de Iside, & Osiride, Eusebium, lib. 5. de præparatione Euangelica, cap. 3. Aelianum, Diogenem, Laertium, & alios. Verum qua ratione naturaliter Scarabæus est pater, aut Matripater sine fœmina, cuius sexus in eius specie reperi nequit, sic ex miraculo in natura humana posset esse pater sine coitu cum fœmina, in quo non est ea contradictionis implicatio, quam opinantur nonnulli Theologi cum Medina, 3. par. q. 31. & Salmerone, tom. de Infantia Christi, tract. 9. Comparatio quam instituerunt S. Ambrosius, in 23. Lucæ, S. Augustinus, in soliloquijs, & alij inter Christum Dominum, & Scarabæum, eò præcipue tendit, ut in humana generatione ab uno tantum individuo genus accepisse constet ex super veniente virtute Spiritus sancti.

I. Suidas plurimi que alij veteres sensib. emittere Scarabeum confirmum bibendum auct. via redibus agitur. Donec felium invenerit. Corvo boratu idem Clementis Heran. Drini testimoniis. S. Stromm. Accedit Aelianus lib. 9. m. horio. cap. 16. Mirum que Phinium lib. 16. undecimo cap. 20. decimum Scarabaeorum videtur coitum. Alia videbis miranda.

## CONCLVSIONE SEXTA.

*De Principio passione viuentis.*

IN

**N** Fœminis post naturam lapsam sanguis menstruus (quem mortalem appellat Ari-  
stoteles, venenosum alij) effectua seminis virtute elaboratur pro singulis partibus vi-  
uentis; at in natura integra nihil posset fieri in sanguine propriæ menstruæ: qua prædi-  
cta menstruorum euacuatio, pena est originariæ culpæ ex Levitico. duodecimo capite  
iuxta grauiores interpretes. Sumimus pro nostris, verba Ruperti, tertio de Trinitate, cap. 22. Mu-  
lier unum est solum, & menstruum animal; quanta putas haec ira, & vindicta. Id circa Iesu concep-  
tio noliatenus fuit ex menstruo sanguine, nam quod ait Antoninus, supra cap. 20. Nullatenus man-  
sit in Maria aliquid pœna originaria, sed id dūtaxat, quod est de necessitate naturæ mortalis præ-  
stantissimæ. Communiorem Thomistatum, & Societatis Iesu mentem quam expresit, cum Cardi-  
nali Toledo in 2. Lucæ, annot. 35. Bartholomeus Medina, 3. par. q. 35. ijs. verbis, obseruet Theolo-  
gus Dominicam carnem non ex menstruo sanguine Mariæ conceptam fuisse, verissimam habemus  
in calbris Medicorum: imo potest dari causus aliquis in natura lapsa ex Hippocrate, 2. epidem. p. 2.  
sent. 16. Forliuensi, prima primi, & Gainero tractatu de ægritudinibus matricis, Toledo supra, &  
alijs innumeris, vbi generatio fiat sine menstruo sanguine, & partus sine fluxu sordidum, quod plu-  
res Medici exemplis illustrant, & Theologi non pauci cum Iansenio in armonia Euangelica, cap.  
10. ex Aristotele mutuantur: fundamenta rogantibus exponentur. Pro innocentia statu certum  
credimus cum Alberto Magno, in 2. dist. 20. nulla futura menstrua, quæ ut potè ab originaria culpa  
emanatia Marie denegantur. Tribus inuoluitur factus membranis factis pro ipsius tutela, & ne ex-  
crempta diuersa in ipsis recepta coaceruetur. Fiunt à facultate formativa seminis ex parte crasa se-  
minis virilis, vel fœminei; vna post aliam in diuerso tempore continuæ, & differentes secundum ma-  
gis, & minus. Vnde quod extra cōsuetum ordinem aliqua acciderint in Christo Iesu, non mirum ex  
defectu finis circa præsentiam, aut absentiam membranarum aliquarum accidisse, vt quod ait 7. sy-  
nodus his verbis, iuxta editionem Vaticanam absque ullis secundinis partum eius confitentes, quod  
de duplice sordida secundina plures intelligunt; nam, & sancta Brigitta, lib. 7. cap. 21. vnicam tan-  
cum secundinam, eamque valde nitentem, & mundam, ab omni sorde memorat. Admittimus simi-  
litèr, quod sanctus Ildephonsus, sermone de Natiuitate Virginis scripsit, Annam Deigenitri-  
cem nullam habuisse in partu immunditiam, quod Medice defendo, at quod dicitur de sancto Ed-  
mundo in Bulla canonizationis Innocentij quarti, & admittitur a Vincentio Dominicanu, in specu-  
lo historiali, lib. 31. cap. 67. natum fuisse absque secundini, & sordibus, fortasse totum miraculosum  
fuit.

## CONCLVSI O S E P T I M A.

### De Tempore fœtus inanimati, & operationibus ipsius animati.

**A**RTES etherogenea virtute seminis efformatae rudi organorum consonantia in sepa-  
tima die animantur vera anima rationali, quin alia vegetativa, aut sensitiva præcedat,  
in quo sequimur Vincent. Velbac. lib. 24. speculi naturalis, c. 48. 49. 50. In statu innocen-  
tia forsitan verum est, quod plures è familia Prædicatorum scripsere cum Gabriele Bare-  
leta in serm. de Purificatione, quod puer, & puella tardius sint in utero sine anima, originarij peccati  
est pœna. Semel animatus fœtus fugit sanguinem materiū per venā umbilicale, quia maternus san-  
guis nullam aliam recipit formam in ventriculo, aut iecore pueri, sed leui qualitatū præcedente  
alteratione, vel in modo substantiæ, est immediatus terminus à quo, ad partem pueruli constituen-  
dam ex illo per nutritionem. Non vident infantes, neque respirant in utero, verum audiunt, gustant,  
olfaciunt, tangunt, lachrymantur, vident, pulsant, mouentur localiter. In Hieronymo Oleastro, ad 3.  
Genesim, post cenuram, & expurgatione supre mæ Inquisitionis permittitur, vt alienum à mala nota,  
quod si non peccasset Adam fort, vt eodem die, quo proles humana cibiperetur, formaretur, figuraretur,  
nasceretur, in quo dubij sumus. Admittimus tamē ea verba, quæ ex cōmuni Theologorū sensu extra-  
xit Palacios in 2. dist. 20. disp. 41. In statu innocentiæ sine labore infantes nutritur non inuolueretur  
tunc crepūdijs, nō fascijs ligaretur, vt modo. De Christo Domino philosophicè, & medicè defendimus  
illa verba Ioannis Maldonati in 2. Lucæ. Fasciauit Maria Iesum, vt inuoluisolent teneri adhuc in-  
fantes, vt membra constringantur, arqué fermentur enormiter aliquando fruxura, si dissoluita essent.  
Non erat ea diligentia in Christi corpore necessaria, sed erat debita. Christus Deus in eo instanti quo  
conceptus est perfectissimè fuit formatus, vt moueri potuisset perfectissimè si voluisset. Non quod  
vt ait Vinc. ex Guillel. lib. 31. c. 78. speculi naturalis. Animalia cætera ex quæ natæ sunt stani, &  
incedunt homo vero, nec stare, nec incedere potest, quia nutritus est sanguine menstruo, & corrupto, ratio-  
nem non admitto quamquam verissimum sit Christum ex purissimo sanguine, non menstruo fuisse  
formatum, & nutritum. Intrinsecè illius partes, & musculi adeò benè constituuntur ab initio, vt in  
nullo vita tempore intrinsecè magis perficerentur. Hæc dignitas fuit illi debita per necessariæ  
perfectionis connexionem suppositis: ijs qua sacro sancta Concilia, & Patres declararunt, vt audiet,  
qui velit: interim huic sensu inhæremus prout continetur illis verbis Alberti Magni, quæ sua fecit  
Sandus Arnoninus, 4. p. summæ, tit. 15. cap. 23. Conceptus est Iesus vir perfectus in naturalibus. Alij  
pueros

pueri per plures annos manent antequam intelligent, vel loqui possint unde, & infantes dicuntur, sed subito Christus conceptus habuit completem usum rationis, & memoriam tenacissimam, intelligentiam acutissimam, loqui perfectissime potuisse si voluisse. Simil pro nostris habemus illa verba Hieronymi in 31. Jeremias de Iesu. Perfectus vir in ventre foemineo, & illa Alberti Magni, in 3. d. R. 2. Formatus Christus debitissimis lineamentis prater incrementum, & illa Bernardi homil. 2. super Missus est. Christus a principio perfectus, vir erat maturitate sensuum non corpulentia membrorum, & illa Brigittæ, lib. 7. cap. 12. Credibile fore dicitur, quod Maria sibi statim perfectum sensum habuit, quando in utero eius humanatus extitit. Quæ omnia de Christo Deo dicta quoad corpus tuerut esse ipsissimum mentem D. Thomæ senioris in operibus, quæ post tertiam partem elaboravit, & S. Bonaventuræ, & plurimum è Societate leui, cum Franciso Suario. Simile assertum defendimus pro sanctissimæ Virginis corpore, ut constetur illis verbis Iacobi de Voragine Dominicaner sermone tertio de Natali Deiparæ. Corpus Deiparæ ab initio fuerat firmiter compaginatum. De sapientia prudenter temperatum; & in alijs verbis S. Brigittæ, sermone Angelico de Virgini excellētia, cap. 1. Maria tam gracilis erat, quod in alio matris faciliter versabatur. Consequenter sacra Virgo templi gradus robore naturali firmiter ascendit cum auorum tantum esset annorum, & vix trium mensium; acceptamus, vt nostra ea verba S. Antonini, 1. p. historiæ, tit. 4. cap. 6. Maria triennis sine cuiusquam auxilio ascendit omnes illos gradus, ut nihil perfectæ etati deesse putaretur, & 4. p. summæ, tit. 15. cap. 6. Maria paruula trium annorum per se ascendit, & erecta est per quindecim illos gradus. Illa vero quæ refert, sequitur Vincentius, lib. 6. Speculi historialis, cap. 66. cum esset Virgo Maria trium annorum ita maturo gressu ambulabat, & perfectissime loquebatur, quasi iam esset triginta annorum, cum certis limitationibus, & declarationibus, admitemus. Atque id in uniuersum Medicè defendimus pro omnibus, & singulis infantibus, qui in Paradyso nascerentur, sumentes pro nostris illa verba Anselmi, in Encidario: Infans in Paradyso mox, ut nasceretur ambularet, & absolute loqueretur; & alia in quibus Dominus Augustinus ita exirest a futurum robur, & motum membrorum in pueris recens natis status innocentia, vt Suarius, lib. 5. de opere sex dierum, cap. 5. statuat nulla expositione ab hac sente ita eximi posse Augustinum: & hanc mentem à D. Thomæ seniori, vt probabilem scriptam, & probabilem fidei defensionem in sententijs ad Annibaldum, 2. dist. 20. art. 2. & 3. nos vt probabilitatem tuerit, & declaramus ex iudicio D. Thomæ. Reveremur, & exequimur præceptum Magni Alberti, q. 84. summa Theologica, in illis verbis, Augustino contradicere impium est in ijs, quæ tangunt fidem, & mores; quod tamen Albertus scripsit ne contradiceret Augustino dicenti fore partum in Paradyso absque dolore, si felix status permanisset. Plures, qui è familia Seraphica S. Francisci cum D. Bonaventura, & plures qui ex illustrissima familia Prædicatorum cum Nicolao de Cusa, & plures qui ex Societate Iesu cum Suario, & Valsquio tribuunt Mariæ Deiparæ usum rationis pertinentephantasmate ab initio conceptionis, debent illi tribuere perfectum usum membrorum, & memoriarum, & imaginatio, & cogitatione facultatis, quæ organis corporalibus utuntur: sumimus prædictiis verba D. Thomæ, art. illo 3. Si pueri mox natu usum membrorum habuerint patet quod habuerunt perfectum usum memoriarum, & imaginatio, & cogitatione que organis corporalibus utuntur, sic nibil fuisse, quod rationis usum impediret, si vero usum membrorum non habuissent ex impedimento uetus prædictarum virtutum impeditus fuisset actus rationis. Atque ide uero nemo ex sacro D. Thomæ iudicio tueri debent innumerati Patres, & Scholastici, ex omnibus familiis, qui cum Maldonato in 2. Luca dicunt, Christum Ieum a primo instanti habuisse scientiam perfectam omnium rerum per accidens insulam, idest aphantasmate dependentem, & nquam in hac scientia creuisse, aut aliquid de nouo adquisisse. Haec consequentiae sunt validæ in Philosophia, & Medicina; Christus Iesus, & Maria a primo conceptionis momento vere, & exactè discurrebat per scientiam aphantasmate peridentem, ergo habuere perfectissima organa corporis; ergo simul per naturalem connexionem omnium organorum totius corporis perfectionem habebant in mensura infantili; ergo in instanti quo primum concipiuntur summe perfectum erat virtusque corporis. Particula omnes corporis ita sibi inuenientur compatientur consentiantque, vt impossibile sit unam perfectissimam existere, si alii sint imbecilles. Ita subalternatur facultatum series, vt impossibile sit Maria, & Iesu in primo instanti sive confortata phantasmatu, vt sepiissime ex Scholasticis pluribus loquitur Suarius, quin simul ex eodem priuilegio partes reliqua simul confortata fuerint, & eamdem præstantiam organizationis habuerint.

## CONCLUSIO OCTAVA.

### De etatibus viuentis.

**S**EMEL animato factu a statum præscribitur terminus, qui præteriri non potest; hic est ætas qui nihil aliud est quam temperamentum viuentis innatum in obliquo, idest cum connotatione ad

aliquam mutationem factam per aliquid intrinsecum in aliquo extrinseco. Omnis ætas est secundum naturam, & ab intrinseco, ita ut neque Physicè, neque Medice possit esse contra naturam; & diversæ contingunt ætates secundum diversas sensu lites alterationes receptas in oppositis partibus, que remanent imbibituræ infœtu, & sunt prohibens ne anima, quæ ut mera natura est origo ætatu, producat prius perfectio eam ætam; ficit autem in viatis patibilibus, & tunc viens dicitur perfecte maturum. Propterea quamquam Jesus, ut ait sexta synodus, aet. i. corporales ætates discurrerit, & ut ait Nescenus, per omnem transierit ætatem, vulgariter loquendo; at Philosophice, & Medicè prima illius ætas fuit adolescentia, cum ex purissimis sanguinibus fuerit formatus, & validissimæ facultates prædictæ in materiam elaboruerint, & nihil remanserit imbibitum crudum, & patibile. Igitur à primo instanti produxit eius sanctissima anima perfectissimam ætatem medicam. Proficiebat Jesus ætatem, ut ait Lucas, quod Athanasius se m. 4. cōtra Arianos, legit proceritate: alij cum Theophilus statuta, unde vulgares, & communis ætates mensurantur. Verissime dixerunt Hieron. & Bernardus, & alij Vir erat perfectus in caritate sensuum, & Gerson, sermone de Annuntiatione, ex sensu plurium scilicet ecclesiasticorum, Corpus Christi in uno momento adeo fuit perfectum in sensibus: sicut mundo est. Quod Gabriel Vazquez, disp. 119. in 3. par. cap. 4. det usum phantasie, & rationis a prima conceptu sanctissimæ Virginis, & semeltri Baptiste, & inde neget utriusque instantiam, & pueritiam, admittimus in sensu Medico, & Philosophico; & sic interpretamur illa in brosi, verba de Ioanne. Nullam instantia sensit ætatem. A mensura coepit ætas plenitudinis Christi. Instantia impetrata nesciuit, & suo simus proprio illum commentarium Vazquez ibidem. Nam si deponit Ambrosius, Ioannem nunquam caruisse usurrationis, olioquin, & aliquam instantia sensisset ætatem, quod tam ipse negat. Lucas in quinque præcipui mea nra d. uidentia partitur; & que soient connumerari alia ad principaliora instantia: ætas que dicitur adolescentia, & iuuentus ferat eundem gradum caloris in natura moderata; in frigida tamen est maior calor in iuuentute: ætas vocata summa visor durat aliquo tempore sensibili præter initans terminatum adolescentiaz.

## C O N C L V S I O N O N A.

### De Præcipuis auxilijs.

**I**N Omni ætate occurunt naturæ languores, quos vel externa, vel interna causa gignit: prima, quæ & evidens, & procatartica vocatur, prout varius est modus rerum nobis præter naturam, est multiplex. Secunda (quæ in antecedentem, continentem quoque, seu coniunctam secatur) est duplex, plethora scilicet, & cacoehymia. Plenitudo est humorum omnium æqualiter adiutorum, sive sanguinis solius redundantia. Cacoehymia est flatæ, vel acutæ bilis, vel pituitæ excessus; utriusque indicia sumuntur tunc ab antecedentibus causis humoris procursum facientibus, ut à corporis totius principaliumque viscerum temperie, ætate, ari, tempore, cœli statu, regione, viuendi consuetudine in cibo, & potu, vita, & exercitationis genere, a consueta vacuatione: tunc à consequentibus accidentibus nempe ab effectibus corporis, ut colore, habitu; ab animali moribus, à suitionibus, animalibus vitalibus, naturalibus, ut somno, insomnijs, pulsu, coctione, ab ijs, quæ excreuntur, necnon, & ex præteriorum morborum, quibus plurimum consistari consuevit recordatione. Exercetur phlebotomia in plenitudine quoad vala, & in plenitudine quoad vites: utramque valet excitare maternus sanguis in venis adulti cuiuslibet ætatis cum reliquo sanguine: nam istius pars aliqua toto vita cursum manet: carnis magis, partium seminalium torum, quod ex materno sanguine in utero accepimus persenerat. In qua re lectamur Albertum. 4. meteori, tract. 1. Durandum, in 2. dis. 30. Capreolum ibidem, & sanctum Thomam, de malo, q. 5. & alijs iuriueros afferentes, Ita contrarias qualitates in corpore mixto regulari, & conservari ne se inquinem corrumpant ratione contrarietas, &c. quæ latè persequuntur pro nostra doctrina. Atque ideo partem humani sanguinis primi genit. in utero materno accepti ad finem usque vitæ longeua perseverare sub eadem numero, forma substantiali concedimus pro pluribus individuis, & nominatim id dicimus de corpore Christi, qui in die necis sua non parum sanguinis retinebat, ex illo ipso nupero, quem accepérat in instanti conceptionis, & in novem mensibus ante ortum; & ex sequenti nunc ipse in Eucharistia perleuerat. Facienda etiam missio sanguinis in cacoehymia, dum modo morbi magnitudo adsit, & constet virtus, quæ inspicitur in omnibus facultatibus licet præcipue in vitali; atq; sine ista, nulla norma exercebitur phlebotomia, quoniam cum morbi magnitudine præcipuos constituit, atq; necessarios scopos, non ita ut magnitudo necessario indicet sanguinis missionem, neque per se, sed ratione affectus cum ipsa complicati, qui cum plures sint propriæ missioni sanguinis aequenniæ aduersari. Præter dictos scopos attendes alios minus præcipuos, quorum numerum ingreditur florens ætas remedij quantitatem minuens, unde senes venæ sectionem admittat, sicut & pueri ante decimum quartum annum; pariter in febris putridis percipies, eti nullius

42

nullius plenitudinis reperiantur signa. Prædictum remedium alio symptoma sic fluente utile se-  
pè, ac necessarium est. Fluuit sanguis vena secca diuersis prorsus rationibus, quoniam relatum cautum  
ab instrumento scidente repletur sanguine illuc moto, ne detur vacuum; partes vero sanguinis illi  
portioni prima continet eum motum consequuntur per impulsum factum à sanguinis concitatio-  
ne, & à ligatura brachij; prossilire autem sanguinem sursum ex situatione scissuræ pender, quia semel  
impulsus egreditur secundū correspondiam foraminis, & continuatur sanguinis exitus per maio-  
rem gravitatem portionis illius, quæ est ab ultimo pūcto elevationis sanguinis, usque ad vas excep-  
torium illius. Causa etiam exposcit sèpè expurgans pharmacum: petunt multoties illa ægra cor-  
pora, & neutra: ista varie prout varius est succus qui redundant; videlicet in principio veris pro pi-  
tuita, in fine veris pro bile, sicut autumno ineunte pro succo melancholico. A Egra corpora aliena-  
de capiunt purgationis occasionem, quia vel turget materia morbifica, & statim propinandum  
est purgatiuum pharmacum; aut vergit, atque similiter est faciendum, quoniam urgentia, turgentia  
est non exquisita; unde utraque etiam deficiente coctione purgationem postulat, nisi ex vera phle-  
botomia conflagret; nam in tali euentu phlebotomabis. Neq; ijs solum clauditur expurgatio ante per-  
fecta signa coctionis, etenim humoribus adhuc quiescentibus in parte determinata non recusamus  
offerre; dummodo probabilitè coniectemur morbificam materiam, natura superiorem existere, vel  
quantitate, vel qualitate maligna, aut iucocstili, quod authorum doctrina fas est operari, nisi tensio,  
inflammatio hypocondriorum, maxima distemperies calida, & sicca, febris intensa, aliud sicca, aut  
renuens ægrorantia natura reperiantur: coctio vero extra tres casus positos inspicienda est, non  
tamen æquo modo, quia sufficit manifesta in morbis longis, in acutis non ita, sed exiguit perfec-  
tissima; enunquam licet usque ad animi deliquium expurgare, neque authorum illus sic fecit.

## CONCLVSIONE DECIMA.

### De differentijs morborum, & eorum signis.

**A**VSA triplex valet inducere morbi genus, nam in distemperie, in compositione,  
& in soluta unitate, præter quos ægritudinis modos, alios machinari non licet; verum  
tamen licet morbum, & sanitatem percurre diuersa prædicamenta, quantitatis, quali-  
tatis, & situs, quin valeat attingere substantia, aut quod vis aliud prædicamentum. Ex  
dictis infertur morbum in soluta unitate sanitati tantum indebita unitate opponi, sicut, & sanitati  
in calore morbo solum in frigore aduersari faremur, &c. quia non omni morbo opponitur omnis sa-  
nitatis, sicut neque aliquis ex ijs habitus est, aut dispositio; omnis tamen morbus opponitur sanitati,  
veru si maius sit problema, quod morbus omnis est qualitas, quod est quid positiu, uno clausum  
prædicamento, quod habitus est, aut dispositio; quidquid autem dicas dupliciter lœdit, & triplex est  
lœdens; quoniam vel pars laborat per propriam passionem, vel per contensem, quo ultimo modo  
valet duplicitate pati viuens, nempè quando pars recipit, quod non debebat, vel quando priuat  
quo indigebat; præter quos sympathia modos nullus alias ponendus est; in utroque tamen debet  
admitti morbus medicus. Est triplex lœdens, ut supra; aliud actionem partis similaris primum labet  
factat, aliud usum instrumenti primum peruerit, & commune quod utrumque simul perdere natu-  
rit. Omnis morbus propria habet signa tum quoad eius constitutionem, tum quoad benignum, vel  
malignum morem; signa sunt, vel demonstrativa, & apparent in principio morbi; vel assidentia, &  
varia sunt quoad apparentia, vel prognostica, & postea superueniunt. Ista in tria membrata diuidun-  
tur, scilicet in signa coctionis, & cruditatis; in signa salutis, & mortis; & in critica. Signa coctionis,  
& cruditatis habent certam significationem ad victoriā naturæ supra morbum, vel morbi supra  
naturam signandam: signa critica in certa sunt, & infida, nam pro diuerso morbi tempore diuersimo  
de significant, unde neutra dicuntur: signa salutis, & mortis neque ita certa sunt sicut coctionis sig-  
na, neque adeò incerta sicut critica. Rursum signa salutis, & mortis poteriora sunt ad significandum  
mortem quam salutem in coctionis autem, & cruditatis signa potius ad salutem quam mortem: atta-  
men crux absolute per signa coctionis in vrina obscurius innoteat quam per pulsum. Verum ad  
illam præfigiendam tali modo, tali tempore, per talem regionem est contra se res habet; est enim  
certius signum vrina, sicut ad bonitatem, seu longitudinem morbi capiendam; atque ad prædicen-  
dam salutem bona vrina, bonum pulsum antecedit, non ita ad prædicendam mortem; pulsus enim  
prauus in hoc sibi post habet prauam vrinam quoniam fidelis censetur nuntius cordis, ex quo lan-  
guida facultatis petuntur indicia.

## CONCLVSIONE UNDECIMA.

## De Fideliteste languorum.

**V L S V S** sic definitur est actio primum cordis, &c, quiete post motus, sed quiescere proprium est sibi sicut moueri, & utrumque in eundem finem terminatur, atque ita eiusdem facultatis patitur effectus dilatatio, & contractio, quia quodlibet ex ijs finem totalem inadæquatè ingreditur. Hæc omnia producit facultas ab anima originata, non ut rationalis, non ut sensitiva, non ut vegetativa, sed ut merè natura est, non talis absolute, sed prout copulata cum viuenti habente pulmonem, & cor. Est in natura supremè dignus pulsus, & à cœlorū influentijs virtutem habet rectam, & gubernatam, ut videre est cum idem pulsus globulo è filo suspensi horas indicat: singularissimam autem præstantiam habent pulsus nonnulli, quemadmodum de Christo Iesu ait sancta Melchiades, lib. i. stirum revelationum, capite de quatuor pulsibus cordis Christi, vbi sic inducit Iesum loquentem, *Pulsus cordis mei non erat sicut aliorum hominum, & sancta Brigitta, lib. i. cap. decimo de corde Christi inter cruciatus, spinarum, & flagellorum, Cor recente erat, quia optima, & fortissima natura erat.* Pulsat sæpe æqualiter pulsus, inæqualiter sæpe: inæqualis, aut est singularis, aut collectivus; inæqualitas collectiva singularis, alia est in unica parte arteriæ, & sub uno digito ex applicitis arteriæ, alia in pluribus arteriæ partibus, & sub pluribus digitis; & quælibet harum in alias dissecatur. Nam inæqualitas singularis in unica parte arteriæ, & sub uno digito tripliciter potest contingere; primo quando motus qui fit in unica pulsatione continuus est, non tamen uniformis, sed in celeritate, v. g. est diuersus, in principio, medio, & fine, sub qua inæqualitate continetur inæqualitas febrilis. Secundo modo in una pulsatione fit dicta inæqualitas, quia motus distensionis continuus non est, sed media quiete interrumpitur, in quo casu dicitur pulsus intermittens in unica pulsatione intercadens, & interiectus, & bis feriens. Quod si pars motus, quæ post quierem sequitur celerior, & vehementior sit quam prima talis pulsus appellatur capræas. Tertio fit dicta inæqualitas quando motus distensionis continuus est, tamen recurrit, & retrocedit sine manifesta quiete, qui pulsus dicrotus, & recurrentis dicitur, cuius natura in eo consistit, quod cum semel tactum percussit parua retractione facta, iterum per dilatationem tactum ferit in quo à pulsu dissecto, & caprizante distinguitur, qui in dilatatione sine aliqua compressione bis tactum ferit. Pulsus inæqualis in unica pulsatione, sed in diuersis partibus arteriæ dicitur, quando in una distensione plures digitos arteria ferit diversimodè, & inæqualiter; quæ diuersitas aliquando in situ arteriæ, aliquando in magnitudine, & paritate, celeritate, & tarditate, debilitate, & vehementia animaduertitur. Quando ergo partes arteriæ diversimodè in situ mouentur, ita ut una dextrorum, alia sinistrorum agitetur, si hoc manifestè admodum fiat, talis pulsus dicitur vibratus; ceterum si obscurius fiant prædictæ mutationes in situ conuulsus debet appellari, quia in eo casu arteria veluti conuulta, & tensa videtur. Alia differentia sumitur ex diuersitate partium arteriæ in magnitudine celeritate, & alijs differentijs: nam quando partes arteriæ in magnitudine, & celeritate inæqualiter mouentur, ita ut aliae partes magis, aliae minus, aliae celerius, quædam tardius in modum vndarum concidentur, est pulsus vndosus: si vero motus diuersarum partium arteriæ motu vermium, aut formicatum similes fuerint, sunt vermiculantes, vel formicantes. Item si arteriæ partes ita eleuentur, ut illarum aliae digitos feriant, aliae propter parvam eleuationem non feriant, ut si v. g. in primo tertio digito sentiatur pulsus, non vero in secundo, neque in quarto, & simul cum hoc pulsus fuerit durus, celer, & frequens fit pulsus serrinus, qui ab vndoso in hoc solum differt, quia vndosus etiam si non tangat omnes digitos æquali magnitudine tamen omnes tangit, serrinus vero manet interceptus in partibus depresso.

## C O N C L V S I O D V O D E C I M A.

### De Ijs quæ debent attendi in morborum curatione.

**A**C omnia in omnibus acutis morbis summopere expendenda sunt veluti, quod gratia symptomata percipiat æger usque ad ultimam doloris intensionem, nam qui aliqua corporis parte dolente dolores non sentiunt, ijs mens ægrotat delirijs per consensum, aut per propriam passionem; at deliria pariunt humores non per iuxta positionem, sed medio calore ipsis congenito inquinant mentis locum, quia variant principium agendi: colores inde variatur, maiora sunt obiecta, absconduntur figura, mutantur aliae, diuersa loca offeruntur, cœiuncorū ordo perueritur, situs proponuntur diversi, speciebus semper variatis. Neque ad posita necesse est lædantur omnes reætrices simul, sed potest una læsa, esse læsa alia, quod inducit diuersa organi dispositio pro singulis requisita, cum quo stat omnes simul posse esse in aliquo summè perfectas; sed id de facto iudico in Christo Dño (esto sint omnes exquisitæ in qualibet parte cerebri, vel in diuersis.)

50

Omnia sunt signa reducēda ad tria primum posita, verum cum hoc discrimine, quod signa salutis, & mortis perpenduntur in operationibus omnium facultatum, animalis nempē, vitalis, & naturalis. Signa autem coctionis, & cruditatis in excrementis alui, vrinae, & sputi. Excrementsa ista non reperiuntur in omni viuenti, sed possibile est individuum in natura lapsa, cuius quodlibet fesiduum alimenti, & potus, ita atteruetur, & disponatur, ut per insensibilem transpirationem secedat, omni excrementorum alui, & vrinae deficiente portione, quod in natura integra, & ijs qui post naturam lapsam in iustitia originali, quoad corpus in effectibus radicalibus intrinsecis creare voluisse Deus, ab solutiō proferendum est. Stimūs pro nostris verba illa Alberti Magni in 2. dist. 20. Resolutio-nes quae attestantur superfluitati corruptenti, vel debilitati retentiae virtutum non fuissent in primis Parentibus sicut pollutio, menstruum, sudores, & cetera, quae sine pudore, & foetore foeditatum non cōtingunt, & illa eiusdem Alberti tract. 13. summæ Theologice, q. 78. Alimentum sine immunditia pu-trefactionis, & foetoris ab Adam resolutum fuisset, ut dicunt sancti, & propter hoc etiam in egerendo non fuisset miseria subiectus, expendendum iuxta Albertum Magnum hanc esse opinionem sanctorū. Sulcipimus etiam pro nostris illa verba Diui Thomæ in 3. Genesis, loquentis de statu naturæ integræ, Si opponitur de meatibus, & facibus dico quod forte alimentum ita sumeretur, quod totum assimiliaretur, et si esset impurum aliquid per subiles euaporationes emitteretur: item si esset grossum posset esse odoriferum, ut germen quarundam arborum, & emitteretur ad voluntatem hominum sicut salvia. Neque est dissimile, quod prima parte, q. 97. art. 3. scripsit, vbi concedit egestionem, verum de illa quæ sit per insensibilem euaporationem intelligendus est, & sine indecentia, ut ibidem loquitur. Hoc rum, & aliorum Scholasticorum mentem Alberto, & Diuo Thomæ conformem Medice defendimus, & quod etiam si excrementsa possent esse odorifera, & addimus illud Suarij lib. 5. de ope-re sex dierum cap. 6. num. 14. carnium usum non fore in Paradyso, quia sine sordibus parari non po-tentant, & sine vilibus actionibus, propter quam rationem communior antiquorum sensus excremen-ta sordida ab humanis corporibus in eo statu repulit. Nostrum esse volumus illud sanctæ Brigittæ lib. 4. cap. 40. Nunquam super Iesum vermis venit, non perplexitas, aut immunditia in capillis, & il-lud ex revelationibus extraugantibus. Maria sic discretè gubernauit corpus suum, ut non frangere-tur aliqua superfluitate, quæ iuxta dicta suscipiuntur Medicè defendenda. Similiter illud libri primi cap. 2. de Ioanne Baptista. Non ultra mensuram perceptibilem suscepit vita necessaria, nec unquam seminarius humor de corpore eius exiuit. Verū de Christo Domino seruatis seruandis dicimus, quod Abulensis in 23. Deuteronomij quest. 4. vbi cum statuisset vacuationes aliquas esse de necessitate singulorum hominum, subdit, non id dico de homine Christo, qui assumpit naturam qualiter voluit. Prædictarum conclusionum defensionem non extendimus ad eos, qui in deserto Phiran quadragin-ta annorum numero pascebantur manna miraculose demiso: nam quamquam nonnulli apud Cor-nelium à Lapide Exod. 16. Lorinum Sapientię 16. & Abulensem in 20. Numerorum arbitrentur toto illo quadragenario Hebræos nō creasse excrementsa crassæ, nec habuisse stomachi grauedinem, non tamen admittimus in vniuersum propter manifestā lucē scripturarū, oppositū sensum intiman-tium Deuter. 23. ijs verbis. Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita natura; ge-rens paxillum in balibeo; cumque federis fodies per circuitum, & egesta humo operies, quo relenatus es; Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nibil in eis appareat foeditatis, ne derelinquat te. Hæc foeditas ex peccato originali tracta, illudque consequens extra omnia castra exulat iubente Domino, ad ostensionem detestationis primæi delicti; & quamvis extra castra Deitatis, & leuitarum permitterentur in ca-stris multicudinis excrementsa brutorum, propter nuper dictum, euacuationes humanæ similes non permittuntur: sic & menstruare à nonnullis rebus sacris arcebantur in odium eiusdem hæreditariæ culpæ, quæ menstruorum fluxum inuexit. Quod ait sanctus Hieronymus epistola ad Pamachium. Israeliticus populus per quadraginta annos, nec unguium, nec capillorū incrementa sensit, miracu-lum fuit, nec tamen idem omnino euentus in Paradyso fuisset miraculosus, aut in ijs quorum corpo-ra Deus creare voluisse cum effectibus radicalibus intrinsecis iustitiae originariæ. S. Anselm. nun-quam Iesum barbare, aut capillorum tonsione indiguisse scripsit. Scotus in 3. dist. 16. dubitat an Iesus inciderit sibi vngues, aut capillos: nos iuxta superius dicta statuimus, & consequenter decernimus. Fel nō est de integritate naturæ humanæ, in quo credimus Vincē. lib. 21. speculi naturalis c. 31. di- centi, hominū paucis non est fel, quorū valetudo firmior, & vita longinquier. Verū est, quod Anaxa-goras ab ipso relatus cap. 32. ait, Priuatio fellis putatur causa longæ vite, & quod ipse Vincentius addit lib. 28. cap. 74. Nonnulli homines, ut dicit Plinius felle carent. De Christi corpore circa fel, & eius receptaculum stimūs pro nostris verba Diui Thomæ 3. par. quest. 54. art. 2. & sancti Augu-stini ab eo allegati. Idem licet de splene, & vitioso eius succo melancholico proferre in præstanti-simis individuis humanæ naturæ. Nostrum sit quod ex Alberto Magno de sumpcio Vincentius lib. 21. cap. 30. Splen est in corporibus animalium accidentaliter, & non necessario. Pro Christo autem Deo, & matre defensionis, quod in simili dixerat Diuus Thomas, & S. Augustinus supra de felle Christi. Est enim splen, ut ait Vincentius supra ex Philosophis, rarum ut recipiat superfluitates me-lancholiæ.

*lancholicas.* A qua illa quæ ex Christi latere in Cruce defluxit naturalis fuit, non excrementitia materia. Nulum est cor humānum in statu sanitatis, quod non habeat circumfusam aquam, ut ex Medicorum, & anatomorum sensu certum est, à quibus eamdem doctrinam sumpsit Vincentius Dominicanus tom. 2. speculorum lib. 14. cap. 89. Nihilominus modus excundi è vulnera lanceæ miracu Iosus fuit, quemadmodum rogantibus exponetur. Iisdem principijs hærentes sumimus pro nostris verba illa Divi Thomæ in 2. dist. 20. Sudor in statu innocentia non fuisset, & volumus nostram esse conclusionem doctrinam illam Caietani in 22. Lucæ, & Bartholomei Medinae 3. par. q. 46. art. 6. & aliorum negantium cum Suario tom. 2. in 3. par. ibidem, sudorem Christi in Getsemani fuisse aquosum, quem ideo sanguineum cum ipsis arbitramur, quod deficiente materia aquosa superflua, eius loco sanguis effluxerit. In quibus omnibus, & singulis pro ijs qui in statu iusticiæ originariæ quoad corpus conderentur probamus, & sequimur scriptum Alberti in 1. dist. 23. *Opinionibus contrarijs circa difficultatem materiam non est leviter contradicendum;* & in 4. dist. 12. *Opinioni nulli debet fieri præiudicium,* si est de rebus difficultibus, nisi aperte error cognoscatur.

## C O N C L V S I O   V L T I M A.

### De Gressibus ad medelam.



M N I V M signorum cognitionem supponit indicatio specialis ad institutionem mendæ, vnde rectè definitur per id quod sit quando rebus percipiendis simul, & quod confert percipitur absque attentione, & obseruatione. Quæ definitio comprehendit indicações conferuatiwas, præseruatiwas, & curatiwas, has solum amplectitur cōmuniis definitio qua fertur, quod sit indicatio comprehensio iuuāntis, & nocentis, &c. Semper ab illius natura excluditur experientia (vel non excludatur si maius ad argumētum) non ita discursus, aut iudicium. Est multiplex indicatio, quoniam communis, particularis, utilis, & artifitiosa, mutuus, & inartifitiosa, simplex, composita, concors, contraria. Omnis indicatio est cognitione indicantis scopi. Ille est duplex in genere, nam alius auferri, alius conservari exposcit. Triplex in specie curatius, præseruatius, & conservatius; præter quos adduntur improprij scopi, qui non indicant directè remedium, sed eius solum circumstantiam; & scopus indicans postulat sibi proprium primo, quod cognoscatur, 2. vt sit existens, 3. vt vnu tantum indicet, 4. vt sit in corpore humano. Item semper est verum, quod prima indicatio sumatur prima à contrarietate quibus ante actis inueniuntur remedia, quotum materia in sex rebus non naturalibus consistit, quam rationem intrahit requisita conditiones, qualitatis, occasionis, modi videnti, & vbi remedij, quæ inter se distinguuntur, atq; à pluribus indicantur. Nam quantitas remedij specificè indicatur à magnitudine morbi; quantitas individualiter ab intensione morbi, & hæc est remedij qualitas; occasio indicatur à præsentia temporali indicantis scopi; modus videnti à passione indicantis cum alijs circumstantijs per modum vnius; vbi remedij à præsentia indicantis in tali loco, quibus omnibus indicationibus contra indicatum absentia debet annexi, vt desideratam viuentis adipiscatur sanitatem remedium contrarium strictè, vel latè, & remissius in principio, in alijs temporibus æquale.

*Vidit D. D. D. Franciscus Pallavicinus, Vicecancellarius.*

*Vidit D. D. Ioannes Vazquez, Decanus, & Primarius iubilatus.*

*Vidit D. D. Puelles & Escobar, Primarius regens.*

*Omnissimum ex in curia, fol. 1. pag. 2. linea 1. post illud verbum decreuerat ponatur.*  
Fœminæ generationem nō esse vocandā monstruosam; licet ex imperfectori materia procedat, dicimus. In statu innocentia sentiendum aliter est, nam fœminarum generationes ad peculiarem prouidetiam creatoris, vel ad internum exemplar generantis, quo fibi proponebant, fœminam procreare, reducendum est excommuni Theologorum in 2. dist. 20. cum Suario lib. 5. de opere sex dierum, cap. 3. quod præcipue de Mariæ corpore dicendum est, neque aliter poterat esse formina in materia præstantissima, cum ex clarissimis, & purissimis elementis, idest materialibus componentibus, fuerit formata, vt ait S. Brigitta serm. de Virg. excellentia.


P O S.

## POSTVLA T A.

**S**Vppliciter poscitur, vt omissis prohœmiorū periodis, illud tantum argumentum proponatur, quod in disputatione ventilandum sit: per hæc temporis lucra, atquè compendia, plures audire, pluribus satisfacere, aut saltem à pluribus corrigi, & edoceri volumus.

**T**Ractandorum grauitas, & temporis angustia poscunt, vt ab humanissimis, & sapientissimis viris, enixius imploremus, vt hora secunda post meridiem præscriptis diebus, idest ab ipso disputationis initio, sua humanitate, & præsentia nostram alacritatem excitent.

Has conclusiones tuebitur Matriti loco, anno, mense, & diebus supra relatis, Doctor Matthæus de Puelles, & Escobar in perillustri Toletana Academia Primarius Medicinæ Regens, & Sanctæ Inquisitionis Medicus prior.







*Propositiones*

CAJA  
2 - 8